

Ad mater, iam non mater, sed stentis & orba
 Sanaz. Infelix simulacrum, egra, & sine viribus umbra.

Apagē indignam cogitationem. Vel Ethnicus aptius, de Remed. Amor. v. 298. Nec dicit quod dolas, clam tamen usque dole. Ibi Virgo, ut conlitas, vultu sereno, peccatore transfixo. Nemo queritur de quo gloriatur: stabatque doloribus fixa & lacta, quippe filij habebat vulnera. Mœrebat, dolebat, sed stabat. Quid quod crux? Dolet, verum stat cor. Stabat. En Virginis nobile terenum pectus: ad motus querimonie neque motus. Angor ore tecto pingebatur olim. Ad Charar. in Minerva. imagin. fol. 250. Simul cum illo Patientia.

Ubi sup
 Imago Patientia & Angeris.

Quanta constantia Virginis in filij piagis!

Senec.

Hæc summitas constantia Virginis, in ordine conformationis & conformitatis: etenim singulari cordis patientia, ad tantum argorem etiam ora habebat clausa. Senec. in Hercul. OEtæo, à v. 150. Nullis vulneribus pervia membra sunt. Ferrum sentis hebes, lentior est chalybs: In nudo gladius corpore frangitur.

Bonav.

Mortem indomito pectore provocat: Non illud poterant frangere cuspides. Hæc enim virgo secum habebat; verum mobilis immota, quasi in pennis ad penas insensibilis stabat.

15 Sermo ne implicat? Siquis cogitat, Bonaventuram audiat. Fuit Virgo impassibilis per patientiam: inquit in

Specul. cap. 6. Quomodo fiet illud? Impassibilitas connotat nocivæ passionis repulsam: patientia nocivæ impressionis instantiam. Unde lobus iræ exclamavit: Quis est enim fortitudo mea, ut sustineam? Aut quis finis meus, ut patientiam habeam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea anea est. Pater & elacet in Virgine patientia & impassibilitas, ubi stat cordis constantia in tot plagas: etenim consistit & valide fixa crucis quasi ellet sine dolore. Vulnera sentit, intus dolet, transigitur stans cor, verum stat, & peccatoris tranquilla serenitate; quasi starec sine vulnere. Nec os aperuit, quum dolor pectus circumdando concunt; igitur pertulit validè fortitudinem dolorum; quali in eius carne & corpore ellet fortitudo lapidum. Objicitur impassibilis & simul patiens, constantique contra constantiam doloris; quæ illam intensè in dolorum expressionem movebat, sed stabat: siquidem immotus mirificè in corpore motus cordis, quasi ellet ad sensum, aris conditione, lapis. Vistum in Luna Virgine, amoris arte, quicquid scripam in Sole. Aptetur felicitati, quod accinit Manilius, 5. Astronom. à v. 596.

O infelix Virgo, quam vis sub vindice tanto! Quæ tua nunc fueras facies? Ut fugit in auras

Spiritus? Ut toto caruerunt sanguine membra,

Iob. 6. & 11.

Quomodo Virgo impassibilis patientis?

Manil.



TAU-

TAUTOLOGIA NONA. VENIENTES VENIENT.

Psalm. 125. vers. 6.

EXPOSIO LITTERÆ.

HUIUS Pleonasmii interpretatio exegetica poterat excusari expositione facta Tautologia, Eunteribant: de qua fuscè, Tom. 5. T. 2. ubi in contraria materia, cuncta ad expositiones consona. At quia in præfenti ex antilogijs denodandæ plures difficultates, & argumento distinctiōnes affines; abitu in exilium Hebræorum ibi supposito, delicatissimus modò quid actum est postulat. Israelitæ nonnumquam pravi propositi contentiosè tenaces, durâ cervice, & incircuncis auribus, dum cogebantur in veri Naminis cultus. Vique quaque minabantur Prophetæ futura strage, in relictis simulacris studebant poenitentia: igitur propter irreverentiam, tot annis sine suspensione successivam, Deus illos exosos habebat & usque ad nauseam. Quid illi: Næ gaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse, neque veniet super nos malum. Prophete fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis. Hæcine futilli, nocuâ fiducia, denuò corruentes irruerant proiectissimè in idola. Irritabant Dominum, ut exemplò procederet in supplicium. Nuñciabatur à Vatribus concita ira, verum audaciora corda. Mali insaniunt: ait Homer, 18. Odyss. v. 499. etenim perfrictâ fronte, audaciâ insolenti, periti futore, pervicaciter dicebant: Ubi est verbum Domini? Veniet. Ibid. 17. 15. Quò non devenit impudentis, impunis flagitiosi pervicacia! Vox Veniat, obstinati animi est, & qui nihil aut credat, aut metuat (ait hic Sanctus num. 43.) quasi contra omnia satis habeat præsidij. Quare cum uti pius, Deus in respicientiam vellet Israellem adducere, verum reddi frugi nollet; expertus est iudicem, quem procax sprevit patrem: igitur gloriantes in malefactis, quasi abesset præfens Nemesis, onulsi nancis atque catenis, ducti sunt omnes ante faciem tribulantis.

Non rectè succedunt mala opera: Affequitur tardus celerem.

Accinit qui dudum ibid. 8. v. 339. in illos è cælo rota procella detonavit, atque tela indignationis in vexanien fulminavit. Deus iudex iustus, fortis & patiens; qui non irascitur per singulos dies: verum cum post admissum ab illegibus crimen, non videret eorum irritantium conversoacem; arcum suum tetendit & paravit illum in mortis acerba pœnas, dirigens in pervicaces quasi fulmina indignationis sagittas. Intonuit de cælo Dominus, ut pecceteretur scelus. Aggravata est manus: misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos. Ubi est Verbum Domini? Veniat. Venit. Iugum iniquitatum vigilavit, & Israel totus flagrante iniquitate, datus est in manû de qua non potuit longo tempore surgere: cognitaque tunc uti acerba amaritudo, optata cordibus voluptatum dulcedo. Harum voces (inquit Senec. Epist. 123.) abducunt à patria, à parentibus, ab amicis, à virtutibus, & in turpem vitam miseris turpius illidunt. Serò sapiunt Phryges. Dij, Deaque, quàm male est extra legem viventibus! Quicquid meruerunt (ait Ethnicus in Satyric pag. 70.) semper expectant. Siccine voluptates illecebris amaricant: quam ob rem exules euntes ibant & stebant.

2 Supposito exilio urisque regni, Israel scilicet & Iuda; de hoc in præfentiarum agit, haudquaquam de regno Israël, dissipato; & avulso à terra promissionis per Acherios, cuius caput Samaria: quapropter in principio Psalmi dicitur: In convertendo Dominus captivam Sion. Hoc est, Iuda cum tribu Beniamin, quæ illi adhaesit, ex quo à domo David recessit Israël sub Roboam. 3. Reg. 12. 2. captivitasque Sion

Ierem. 5. à 12.

Iudæorum gravis propositio in idola. Homer.

Sanct. Eorum impudentia.

Homer.

Amoris gratia vis ira.

Senec.

Petron.

Var. l. r.

di.

dicitur, quia ibi ars & Regia Davidis. Captivitas Israel facta est per Assyrios, sed Iuda per Babytonios, à qua captivitate reduces inturi post septuagessim annum, uti infra videbimus. Israel autem, postquam exanguis & vexatus à Phul Sardanapali succedere (ut dicitur 4. Reg. 17. a. 19. & à Ioseph. 9. Antiq. cap. 11. Philopoco Brit. Ann. 3266) captus à Theglath-Phalasar, licet non totus: equidem adventans expeditione in ingeni in adiutorium Achaz adversus Rasin Regem Damalci & Phacee Regem Israel; Rasin interemit, Damascum vastavit, & in Cyrenem populum expulit (ibid. cap. 16. 9.) obiterque civitas Israel trans Iordanem. *Transiit Ruben & dimidiam tribum Manasse, &c. 1. Paralip. 5. 26. additurque, 4. Reg. 15. 29. Et Galileam & universam terram Nephtali transiit in Assyrios. Id Universam, intellige maiorem partem, non totam; quippe tota exul sub Salmanasar (in cuius devastatione ductus Tobias, de tribu Nephtali; ut dicitur, ibid. cap. 17. 6.) & de Theglath-Phalasar Ioseph. d. subdit: *Israëlitas aggressus, subacta Galaditica regione: & quicquid trans Iordanem colitur, vicinamque Galilæa, & Cydadà & Asora, colonos abstractos in suum regnum traduxit.* At nullum est Perside abegit in terram Israel, sicut cogit Salmanasar, qui i cras, Chutasos dicitur à Chuta flumine, migrare fecit in civitate Samaria: post filijs Israeli: ex quibus post Samaritanis, cuius mores describuntur ibid. à v. 34. inolevitque illorum arrogantia captivitate præfata, religioneque ad lubitum electa, erecto potissimum in monte Garicis; ad quod, & minimè Hierosolymitanum, proccaciter contendebant, victimas deportandas. Ad Ioseph. d. cap. 8. lib. 11. & 12. cap. 1.*

Ioseph. Unde Samaritanis

Briet.

An vituli aurei dono d. ti Reibus Assyriorum

Osee. 10. 9 An in castris illorum aurum non mutatum à sacerdotibus

3 Rabbini uti nugaces fingunt plura quasi in somnis, ad excusandas excusationes in peccatis; igitur vexationem catenatam à Principibus Assyrijs, minimè tribuunt propriae iniquitati; sed cuidam fatali errori. Alij dicunt Phulo, alij Theglathphalasar in incruentura dono data idola quæ exivit Ierobosam in perniciem Israel. Vid. Lyran. in Osee, 10. 5. Grave iudicium Brietij hoc in articulo vero vel falso audiendum. Tunc quoque nonnulli putant (inquit Ann. 3305.) vitulos aureos ablatis esse, tam qui in Bethel, quam qui apud Danitas colebatur; abiente Deo exteriorum cupiditate & avaritia, ut materiam profani cultus adimeret Israelitis: qui etiam si maxime vellem, esse non possent idolatras: & volentes pendè ad Dei religionem compellerentur; quoniam sine vero potestate Numine mortales vivere non solent. Donum vituli Bethel vide uti invari apud Cicero d. v. 6. ubi: *Siquidem & ipse in Assur delatus est, manus Regi ultori.* Alij Hebræorum, in diebus Manahan asserunt alportatum fuisse idolum suum in Dan à Phul; & Iub Phacee, quod erat in Bethel à Theglath-Phalasar. *Dicunt ulterius aliqui Expositores Latini (inquit Lyran.) quod Sacerdotes illius idoli, seu idolorum fecerunt occultè vitulos de cupro deauratos, & illi fuerunt portati in terram Assyriorum, & ipsi furtive resinuerunt sibi aureos: & cum postea Rex Assyriorum vidit fraudem, indignatus affixit gravissimam terram. Hinc subdit Oseas de vitulo Bethel: *Luxit super eum populus eius, & aditum eius super eum exultaverunt in gloria eius, quia migravit ab eo.* Quo loco Hieronymus. *Si autem luxit populus, quare aditum eius super eo exultaverunt.* Tradunt Hebræi, vitulos aureos à Sacerdotibus furto esse sublatis, & pro his aneos & deauratos repositos. Cum igitur lugeret populus tempore necessitatis, & angustia; etiam vitulos aureos inter munera cetera Assyrijs Regibus, & maxime Regi Salmanasar (Sens. cherib; mendum est, quippe iam translata domus Israel) ab Israel Rege esse direptos exultabant aditum, quod fraus eorum nequaquam posset argui vel deprehendi: . Sratim sequitur: *Confessio Ephraim capiet.* Deprehensa enim fraus deauratorum vitulorum, Regi Israel literis indicatur: & unde se placere existimaverant, inde vel maxime confunduntur, & ostendunt eos quibus munera miserant, existimantibus non furto Sacerdotum, sed fraude Regum, atque consilio hoc esse perfectum. Aliter idem reteri Genebr. Ann. 3440. Hæc igitur causa (si vera) & quia Osee, ultimus Rex Israel, fretus Ægyptij Principis potentia, subtrahere conabatur tributa; in utrumque expeditionem parat, feliciterque cedente occasione Samarie, cum Rege transiit Israel in Assyrios, possitque eos in Hala & in Habor iuxta fluvium Gozam in civitatibus Medorum. 4. Reg. 17. 6. Hoc est inter flumina regionis Gozam, ut exponitur cap. 18. 1. *Transiit Israel in Assyrios, collocavitque eos in Hala & in Habor, fluvij Gozam: nempe in Assyriam septentrionalem, unde ut videbimus, dispersi sunt in omnem terram, uti dicitur Eccli. 48. 16.**

4 Intra montes Caspios inclusos, autumnat Comestor in 4. Reg. cap. 26 qui in Esth. cap. 5. inhi: *Cum venisset Alexander ad montes Caspios, miserunt ad eum filij captivitatatis decem tribuum (ex egipto enim tenebantur, egrædî non licere) postulantes ab eo*

egrediendi copiam: cumque quassisset causam captivitatis; accepit eos aperte discessisse à Deo Israel, vitulis aureis immolando, & per Prophetas Dei prædictum esse, eos à captivitate non redituros. Tunc respondit, quod arcibus eos includerent: cumque angustia viarum obstrueret motibus virum, videns laborem humanum non sufficere; oravit Deum Israel, ut opus illud completeret, & accesserunt ad se invicem prærupta montium, & factus est locus immeabilis. Favet fabulæ, quod sub nomine Arselmi lib. 1. de Imag. Mund. cap. 10. de reliquijs captivitatis (vocatis Gog & Magog, ut signant Ezechiel, & Ioannes) dicitur: *In India est mons Caspius, à quo Caspium mare vocatur: in quem & mare Gog & Magog, ferocissimæ gentes à Magno Alexandro inclusæ feruntur.* At stipulatur Mauth. Uvellmonasterien. in Florib. tempor. 4. a. 17. Mund. cap. 16. & Gofrid. Vi. terbiens. Chron. p. 11. Muro æneo inclusos referunt Vincent. Bellovacens. 4. Specul. hist. v. 4. cap. 47. & lib. 29. cap. 89. Burges. in 18. Isai. & in 3. Sopbon. Antonin. 1. p. Hist. tit. 4. cap. 1. §. 10. & 3. p. tit. 19. cap. 8. §. 8. Ultra præfatos Caspios inclusas decem tribus, refert Petr. Costusin Typo. Mess. Capta petren. 2. Hypotypos. cap. 2. Henriquez de Fin. homin. cap. 23. §. 4. Vid. Ludov. Vives, lib. 3. de Perit. Fidei. Hieronym. Epist. 30. & Ambros. Ansberr. in Apocal. 20.

Comest. An Caspij montes sine iramite, & quo præd. gios

Anselm.

An mugo gnes

Plia.

Quid parte Caspijs sive Caspijs

Solin.

Draud.

Paul. Iov

Oros.

Hebræi post exitum ex Assyria transiit in Hircaniam ubi porta Caspijs: Orel.

Genebr.

5 Quid portæ Caspiæ, unde vulgata fabulæ dicit Plin. 6. cap. 11. *Porta Caucasæ, magno errore à multis Caspiæ dicte, ingens natura opus, montibus interruptis respente, ubi fores abditæ ferratis trabibus, subter medias amne fluente, citraque in rape castello communito, ad ascendas transitu gentes innumeras.* Cap. 13. *Ad Caspias portæ vix ulli propter appostitos montes aditus. Ad Caspium mare sunt alia, Caspijs gentibus iuncta; que cognosci non potest, nisi comitatu rerum Alexandri Magni. Causa autem portarum nominis (subdit, cap. 14.) interrupti angusto transitu ingis, ita ut vix singula meent plaustra, toto opere manu facta. Præterea serpentium multitudo, nisi hyeme, transitum non sinit Errat Plin. Mare Caspium est in Continente velut lacus, nulloque ostio ex oceano erumpit, ut observant Gerard. Mercator, Bieu & Orel. in Tabul. Tartar. Complectitur Solinus cap. 50. quicquid prolatur à Plinio. Caspiæ portæ panduntur (ait) itinere manu facta, longo ostio millibus passuum; nam latius vix est plaustro permeabili. In his angustijs etiam illud inter alia difficile, quod prætorum laterum saxa, liquentibus inter se salis venis, exundant humorem affluensissimum; qui mox vi caloris constrictus, velat in glaciem coit. Ita labes invia incessum negat. Tunc serpentes undique gentium convene à verno statim die illuc conflunt: ita periculi ac difficultatis concordia, ad Caspios nisi hyeme accessus negatur. Vide Ptolom. lib. 6. cap. 2. Mela lib. 1. cap. 15. Georgius Draud. in loc. cit. Solin. subdit: *Caspiæ portæ appellatur, que apud Medos sunt. Per has transitus est ex Babylone & Perside ad Mare Caspium.* Iovius lib. 14. Hist. cap. 9. agens de portibus Maris Caspij ad Medici littora; *Alter portus (inquit) ad Derbentum Urbem, Caspijsque portas ab Alexandro Magno, ut ferunt, adversus Scytharum irruptiones adificatas. Abrupta siquidem Caspij montis raper, usque adeo ad mare coarctant iter, ut excessu fluitibus, devorantque in profundum eius littoris margines, vix duorum stadiorum aditum transiuntibus relinquant. Ea enim forma Derbentum in edita montium crepidine situm est; ut duobus ex quadrato lapide muris ad mare deductis, inferiora edificia, & navigiorum stationem, tanquam duobus brachijs complectatur, non maiore quam trecentorum passuum intervallo: quod spatium singulis utrinque ferreis portis, superstantibusque propugnaculis ita munitur, ut perpetuis custodijs, nisi clara luce, & explorato littore, viatores nec admittantur, nec recepti intra portam, altera prius emittantur, quam portorium persolvant.**

6 Primum fuisse in Media sed ab Artaxerxe Ocho translato in Hircaniam ad portas Caspias, refert Euseb. in Chronic. n. 1658. & Orolius lib. 3. cap. 7. *Ochus post translationem in Ægypto (inquit) maximum diturnumque bellum; plurimos Iudæorum in migrationem eiecit, atque in Hircaniam ad Caspium mare habitare præcepit: quos ibi usque in hoc ærum diem amplissimis generis sui incrementis consistere, atque exinde quandoque erupturos, opinio est.* Idem Uvolfang. Lazius 1. de Gentium migratione. Hic, ut vidimus Portæ Caspias quæ ruperunt socij Hebræorum, ibi degente. E regione Thurbestari, unde cismontani 10. Tribuum socij sunt accessit à Persis contra Ismaelita Mabhumbidi arma: Ita Orellius in corpore Tabular. Tartar. Genebrard. Ann. 3022. inhi: *Facile assensum preberim his, qui ex istis (scilicet, 10. Tribubus) ortos tartaros opinantur: sive quia Tartari tenent oram septentrionalem Orientis & Aquilonis; sive quia illo.*

Tartari de con tribu

Illorum precipuum imperium Persico imminet, eoque terminatur a parte Assyria & Media; sive quia diu latuerunt, & ignoti permanserunt. Adde quod nomen Tartari Hebraice sonat Derelictum, Desertum. Præterea. Horda. (idest, decimationes, aut expulsiões) in Provincijs Septentrionalioribus aliqua retinuerunt nomen Dan, alia Zabulon, alia Nephthali, inter regna aliqua nomen Tabor, alia alerius Hebraici nominis. Signat graphicè Ortel. præf. Tabulâ, dicitque libros sacros perdidisse, quos secum asportarunt. Illis ibi clausis, focij non generis, nec religionis (quos dicunt illis regionibus mancipasse Alexandrum) veteri solum, & duce Cinge, debellato Presbytero Ioanne Uncano, Imperium Chiam Tartarorum constituerunt. Genebr. Chronolog. Ann. 1200. & 1222. Quo prodigio exierunt, qui clausi tenebantur, diximus, Tom. 6. T. 4. n. 19. At non hæc videtur prima expeditio: igitur sub Tito Imperatore, ut refert Hegeflipp. de Excid. Urb. lib. 5. cap. 50. Per id tempus Alani, gens fera & diu ignota nostris, quod interiorum locorum difficultate & claustris porta ferrea, quam Magnus Alexander prærupto Tauri montis impasit iugo, cum cæteris feris & indomitis introrum gentibus cobibebantur; incolebant Scythicum Tanaim, finitimæque eius & Maotidis paludes, velut quodam clausi carcere memorati ingenio regis, ut suas terras exerceret, & alienas non incurfarent. Sed sive ob sterilitatem locorum, quod avari votis agricolæ, sperata cultura non responderet fecunditas; sive prædandi cupidine, Regem Hircanorum, qui locis præerat (preione, an defensione, incertum) sollicitarunt, ut reserata portâ, eruptionis sibi copiam daret, &c. His & alijs coniecturis Scaliger. 5. de Emendation. Temporum, cap. 8. hæc annotat: Constat autem ex Sacris libris decem Tribus à Salmansare Assyriorum Imperatore in Colchos & Iberos traductas. Regiones sanè finitimæ: sed unde ex sacra pagina constat, ibi decem Tribus expulsi?

Hegeflipp.

Scaliger.

Ex Hyrcania exulis Hebræi in Catay, Ortel.

Elías. Fluvius Sabbaticus murus exalium.

Eldad. Condito flumina.

Plin.

Vbi sit.

Calaub.

7 Ex Palestina in Mediam, ex Media in Mare Caspium, quod in Hircania (quia plures illi quam indigene in Persico imperio) expulsi vidimus, & testatur Brier. Ann. 3695. Ad littora fretus Aniani secessisse contra insulam Iapam, Indiam extra Gangem habentes ad meridiem in mediullio regni Catay; indicat d. Ortelius: igitur ibi regio Afareth (de qua 3. Esdr. 13. 45. & nos infra, num. 9.) habitata à Tribubus profligatis. Arfareth (inquit) hic decem tribus secessere. Unde Gauthay, à summa Dei gloria afferenda dicti sunt, & hinc Catay clarissimum regnum. Ex hac regione novissimis diebus erupturos; sed ibidem quasi constrictos manere non portis Caspijs, sed flumine Sabbatico, astruunt nonnulli. Rab. Salomon in Isai. 27. ait: Decem tribus contineri inclusas intra fluvium Sabbaticum. Elias in Tobit, somnium fovet. Sambation (refert) nomen fluvij, de quo dicunt, quod per singulos dies hebdomadis tanto impetu currat, dempto Sabbato, ut lapides magnos moveat, neque possibile, ut quis transeat; cuius hanc ferunt esse causam, decem tribus illic captivas detineri, ut non possint exire inde, nec sabbato, nec violent illud. Rambam, idest, Rab. Moyses, filius Maimoni, scripsit hunc esse fluvium Gozan, quem sic appellatum esse voluit à verbo Goz, quod celerem translationem & ablationem significat. Cæterum sapientes eum vocant Sabbaron, ab eo quod cessat sive quiescat in sabbato. Eldad Danus Hebraus (cuius scripta asserit Genebr. d. Ann. 3422. se in Latinum idioma vertisse) postquam partem 10. trib. collocavit in Media & Perside, partem in Æthiopia; de his dicit: Fluvius Sabbaticus eas circumluit. Quod scribitur de illis in Isaiâ: Disite vinetis, Egedimini. Latitudo fluvij Sabbatici, ducentorum est cubitorum, circiter iactum arcus. Fluvius ille plenus est arenâ & lapidibus sub aquis, sonitusque lapidum illorum perinde stridet, ut tonitruum ingens, aut fluctus maris & spiritus procellosus: notum auditur sonus eius ad iter dimidiati dici. Fluvius ille lapidibus & arenâ stridet totis sex diebus profectis, sabbatis autem quiescit, atque tranquillus est: statimque ascendit ignis per circuitum à vespera sabbati ad exitum usque: & tantam emittit flammam, ut nullus ad illum accedere possit.

8 Meminit fluvij Sabbatici Plin. lib. 31. cap. 2. dicens: In Iudæa rivus sabbatis omnibus siccat. Quomodo ergo in Æthiopia, qui fluit in Iudæa: Prætermitto quæ dixi de fluvio Sabbatico Tom. 6. T. 3. n. 4. de quo etiam videlicet Galatin. lib. 11. cap. 9. Ioseph. de Bell. cap. 24. Adrichom. in Nephthali, n. 48. & Iacob. de Victriac. cap. 84. Calaubon. Diatrib. 20. Exercit. 15. astruit: Fluvius cum sit magnus, quando fluit, feraturque impetu non levi per spatium sex dierum; postea totus ab ipsis fontibus desiccat, & die septimâ cessat, præbetque alio locum oculis spectandum, qui est sicus: deinde quasi nulla facta esset mutatio, post diem septimum erumpit; atque hunc ordinem exactè sem-

semper ab eo servari, observatum est. Rabbinii ariolantur, vel duo flumina Sabbatica necellarium est, fingere.

9 In Afareth 10. tribus collocat Ortelius in Regno Catay; unde transire in Indiam Orientalem, possibile prorsum, quippe totum in continenti: at in Americam arbitror impossibilem etiam sententiâ Torriell. Ann. 3314. n. 11. & Malnend. de Anti-Christi. lib. 4. cap. 28. Achilles sententiæ oppositæ est Genebrard. Ann. 3440. futurus testimonio 4. Esdr. 13. à 40. Ha sunt decem tribus, que captivæ factæ sunt de terra sua, in diebus Osæ Regis, quem captivum duxit Salmansar Rex Assyriorum, & transiit eos trans flumen, & transiit in terram aliam. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem Gentium, & proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum: vel ibi observare legitimum sua, que non fuerant servantes in regione sua. Per introitus tamen angustos summis Euphratem introierunt: fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis, usquequod transirent. Per eam enim regionem erat via multis itinoris, anni amos & dimidijs, nam regio illa vocatur Afareth: tunc inhabitaverunt ibi, usque in novissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint venire, iterum Altissimus statuit venas fluminis, ut possint transire. Ubi Afareth collocat Ortelius, quadrat textus; & iuxta dicta tribuum transmigrationes: si Afareth in America, necesse non erat ex Tartaria transire Euphratem (qui longè ab illis regionibus, ut patet ex Tabulis geographicis) maxime quia iam transierant ut pervenirent in extrema Tartaria. Unde alia flumina trananda vel apertunda mirabiliter & non Euphrates: ni in textu intelligatur per Angustias fluminis Euphratis, fretum Aniani (quod Iudicum) sic enim per illum transire quibant in Americam, Indiam occidentalem, sicut per Continentem in Orientalem, Sinam scilicet & alias eius regiones. Mihi videtur textus sine consequentia filo: etenim tribus trans flumen præfatum collocatas supponit; & post in novam coloniam mirabiliter pervium per flumen ostendit.

10 Quicquid sit, audiendæ Genebrardi coniecturæ, ut probabiliter constet ex 10. tribubus propagatam Americam, quod miror (ait) à nullo animadversum. Videtur itaque, tum quia in insulis S. Michaelis, sive Azorum sepulchra inventa cum literis Hebraicis antiquissimis. Tum ex textu Esdræ præfato, quasi transito Euphrate, venient in deserta Tartaria; indeque in illam terram remotam versus Grolandiam, nam ab illa parte America dicitur aperta (fallitur) & hinc mari, cum alijs ex partibus sit mari clausa vel peninsula. Tum denique quia à Cabala Iudæi dicitur Clausi. Constat autem Americis clausis undique mari (quomodo undique mari vallata, dum versus Grolandiam peninsula?) ac Americam esse magnam insulam. Addit Hugo Grotius de Origin. Gent. Americar. Iucatanenses, Tolonas, Acuzamitenses & alios circa Mexicam circuncissos fuisse. Qui eundem superat embolij imaginationis ludentis, & in allusionis commenta somniantis, est Gregor. Gurlas, de Indorum origin. signans inter illos memoriam sapientum voluminum, ceremoniarum, legum, consuetudinum Israeliticarum, & linguæ Hebrææ, characterum, usus circuncisionis, expectationis Messie, nominum Patriarcharum, Patrum, Tribuum, familiarum, quarum rerum nonnumquam Hebræi observantissimi sunt & tueri. Doctus. Sanctius in 1. Machab. 3. num. 43. inquit: Est in N. Collegij Complutensis bibliotheca oblongus liber coriaceus, candido oblitus vellorio, maiori artificio & summi fuce, quam videbatur à gente inculta, & barbarâ concinnari potuisse. Hic servabatur olim à barbaris in urbe Mexicana in loco sacro, & magne apud omnes venerationis. In eo sunt scædæ admodum & turpes imagines illorum Deorum, quos colebat misera illa atque delusa Gentilitas; quem librum consulebant quasi oraculum, qui vellent Deorum suorum imagines exprimere. Videlicet nonnullas apud Kircher. Tom. 3. Ordep. in theat. hierosol. cap. 4. In Mexico superfluo visa servandi in cacabo ignem perpetuum coram idolo. Tom. 2. Histor. Americ. Tabul. 7. lpsæ Augustinus Davila lib. 2. Novi Orbis, & Acosta, 7. Moral. histor. Indiar. cap. 4. miræ perhibent, sed non vera, neque probabilis: nimirum apud indigenas traditionem insolere, atque ex monumentis Mexicanorum præcis constare, progenitores & primos novæ Hispaniæ incolas, vel abactos, vel adductos per longissima itinera, varioque per varias regiones circuitus, per inviâ & devia, per ardua montium, & lubrica vallium, à supremo quodam Numine, periculis crebris miraculis: liquidem ut commodè possint pervenire, flumina escaccabantur & maria montes extendebantur inclinati flexiveque in plantiem, celum pane picebat, in terra arida erumpbant fontium scaturigines: sicque alia que narran-

4. Esdr. 13 à 40.

Andecem tribus transirent in Americam

Genebr.

Grotius. Coniectura ludæica de bonum propagante in America. Gregor. Gurl.

Sach.

tut in Exodo, ad exitum Israël de populo barbaro. Quis non achiogetus soluto ezchimo: Longius alij telam ad ornandam heia disponunt: eorum apud Grotium loc. cit. invenies Americam filijs & nepotibus a Noacho demonstratam, quia in illa natus; & illis ad veterem patriam obeundam, iter line erroribus. Exhumatum est delitium Titi Borneij & aliorum de Duplici terra, resintatum a Moyse Barceph, & Maluend. de Paradis. Deir. Tom. 1. Adug. 789. & a nobis, Tom. 1. T. 1. à n. 9. Adhuc ritui fomes. Ibid. legitur: Fidem meretur Chananæorum in Americam adventus.

An Nec natura Americæ da ibi Chananæi expulsi Hug. Grot.

Numen Vitæ zilipuzli.

Et terra usurpata à demone Dei finita.

Briet.

Befold.

Signa Hebræorum in America ab aucteribus filia.

An decem tribus cum duabus redierint

Ofec. 1. 11.

Ierem. 1. 18. 9. 4.

11 In Garsiam & AA. præfatos reditus fiat. Adhuc enim, in præfata Hebræorum itinere in eas regiones, circumductam Arcam iunco comexam, in qua ipsorum Deus Vitæ zilipuzli incliusus devehebatur: & cum haberentur alicubi castrametationes, in medio castrorum, tenso tabernaculo, divite tentorio, Arca collocabatur: & non nisi ad Arca nutum, quam Sacerdotes quatuor gestabant humeris, castra movere vel metari licebat. Insuper (obliti sunt sane columnæ nubis & ignis) ritus sacrorum ab oraculo Arce didicere (Cherubini traditi in terram oblivionis) ac denique pacifice in America federunt, consumpsit multis annis in peregrinatione. Roboratur alertio, ex decem tribus Americo esse ex ipso Garsia lib. 3. cap. 3. 8. 5. asserente, in opido Tamazulapa, inventas esse vestes sacras Sacerdotis summi, magnopere illis similes, quas Aaronicus Princeps Sacerdotum inducibat. Credant, quibus liber ridicula credere in fuisset suggestionem aut Satanæ oraculo; qui ubique gentium sumia Dei inhiat, ut religionem pervertat & depravet; precipient præ se ferre vere religionis, & eisdem ritibus, quibus Deus colitur verus. His & alijs natijs cogitur ex decem tribus propagatos Americanus. Transportati enim cum Osea Rege (ait Ann. 33. 14. Briet.) in Mediam Israëlita: unde per Septentrionem sparsi & effusi in Indias, in Americam quoque penetrarunt; si vera sunt Hebræa, que tacentur in his regionibus, monumenta. Sed dic, quibus in terris? Christophor. Befold. de Incrom. Imper. cap. 4. num. 8. de præfato Efdre testimonio, insit Eris ibi vera histovia referretur, attamen ad Americam hanc eam referri posse, exinde non difficile colligere quimus; eo quod Iudei tenaci sumi tam lingue, quam ceremoniarum Hebræarum: quarum nec vestigium quidem ullum eo loci reliquum est; cum tamen earum conservandarum causa, Iudeos illos se ab alijs separasse, ipse loco citato commemorat Efdras. Vide Bibliandr. de Somnio Esdrae, in princip. & Jacob. Capellum, Vindicat. pro Casaubon. lib. 2. cap. 5. lateque tractantem Claud. Duret, Histor. cap. 78. Monumenta, quæ asseruntur ab aliquibus (velut nummum Augulli signatum, & alia, de quibus Iust. Lipsius, lib. 2. de Philolog. Stoic. cap. 19. & Maluend. 4. de Anti-Christ. cap. 26.) nuge, impolluta & mella poetica vocantur, arteque apposita, ut vulgenter supposita; uti vidimus in Heimico Caiado hic Tautolog. 7. num. 14. eiusque imposturas meminertur Abrah. Ortel. in Tabul. nov. Orbis, & Maluend. quò dudum; quem vocant Herum Charadam.

12 Hi ergo dicuntur Clavsi: quare superfluum videtur, inquirere an exierint; maxime cum loc. præfat. Efdre dicatur: Tunc inhabitaverunt ibi aqne in novissimo tempore (quod necdum advenit) & nunc iterum cum cæperint venire, iterum Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire. Quod quidem miraculum factum asserunt nonnulli in reditu transmigrationis Babylonice; uti videbimus, num. 36. novissimumque tempus numerari potest finis septuagesimi anni captivitatis, post quem regressæ duæ tribus, quæ constituerunt regnum Iudæorum. Confirmari potest asserunt ex eo quod dicitur: Congregabuntur filij Iuda & filij Israël pariter, & ponent sibi caput unum, & ascendent de terra, quia magnus dies Iezraël. Ierem. 3. 18. In diebus illis ibi domus Iuda ad domum Israël, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris: & cap. 50. 4. In diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, venient filij Israël, ipsi, & filij Iuda simul. Zachar. 8. 13. Et erit. Sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda & domus Israël; sic salvabo vos, & eritis benedictio. Onitio alia ex sacris Vtibus consona, quibus videtur ad speciem primo oculorum iacta; decem tribus cum duabus reversas in patriam.

13 At Scriptura contraria signat expressè & per umbram quoque. Primum, præf. cap. Ofec. v. 6. Voca nomen eius Absque misericordia; quia non addam ultra miseret domui Israël; sed oblivione oblitiscar eorum: & domui Iuda miseror, &c. & cap. 11. 9. Non convertar, ut disperdam Ephraim, quemiam Deus ego & non homo. Non enim Ieremias post ann. septuages. promisit reditum Israël, qui iam captus, sed Iuda: non captivis ab Assyrijs, sed à Babylonijs. Umbratice figuratum est in cursu Ezechielis, eiusque

que Cherubinis & rotis, de quibus Tom. prioribus dixi significare exilium filiorum Israël à terra patriæ. Pende modò: Per quatuor partes euntes ibant, & non revertentur (cum ambularent: vers. 14. Ibant, & revertentur in similitudinem fulguris currentis. Antilogicum videtur, sed perspicuo exilij regni Israël & Iuda filij Iuda & Beniamin exules egressi euntes in Babylonem, revertebantur sunt post illam captivitatem: Decem vero alie tribus euntes in Assyriam ibant abactis, sed non revertentur, quippe ibi hæserunt dispersi. Translatus est Israël de terra sua usque ad diem hanc. 4. Reg. 17. 23. & 1. Paralip. 5. 26. Hieronym. in loc. cit. Ofec. Usque hodie (in hic) Persarum Regibus servit, & nunquam est eorum soluta captivitas: quod quidem iterat in Ezech. 23. per hæc verba: Usque hodie decem tribus captiva tenentur in montibus & in urbibus Medorum, ad quas translata sunt. Severin. Sulpitius Sac. histor. lib. 2. Decem tribus (ait) prius ductæ, per Partos Medos, Indos atque Ethiopes dispersa nunquam in solum patrium sunt regressæ, hodieque barbararum gentium imperijs continentur. Denique Ioseph 11. Antiq. cap. 5. subdit: Reliqua Israëlitarum multitudo assuetum iam domicilium noluit relinquere. Quapropter hæc tantum tribus per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem sunt insita hominum millia, quæ vix est numero comprehendere. Sederolan cap. 22. dicitur: Evulsit eos in ira sua, proteisitque Deus in terram alienam; sicut hodie comprehenditur. Intelligitur modò testimonium Isaiæ, pro huiusmodi articulo vaticinantis: Congregabit profugos Israël, & dispersos Iuda coliger à quatuor plagis terre: & auferet zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non emulabitur Iudam, &c. Ephraim semper invidus de Iudæ gloria, ex quo recessit à domo David, & constitutus est caput decem tribuum in alterum regnum: redituque Iudæ in terram patriam zelus seu livor ablatusest Ephraim; quippe cum reliquis tribubus mansit in captivitate, dum Iuda universæ Palestinæ gaudebat dominatione. Nollus 10. tribuum collectus est ex dispersis, sed tantum ex profugis, ut videmus. Adhuc 10. tribus ultra montes caspijs (inquit Cometh in 4. Reg. cap. 26.) captiva tenentur. Si qua ergo de reditu filiorum Israël ita dicuntur sub Cyro, seu Artaxerxe; & de duabus tribubus intelligendum.

14 Testimonia relata pro libertate decem tribuum sub expressione Israël, non intelligenda de regressione illarum, quando in nativitate solum & avium regni splendorem redijt Iuda; sed de conversione Iudæorum sub mundi fine, cum conyerfus fuerit Israël, dimoto velamine super cor eorum ab infidelitate expanso: tunc enim congregabuntur filij Iuda & filij Israël pariter & ponent sibi caput unum (scilicet, Anti-Christum) & ascendent de terra (igitur Iuda modò etiam dispersus est) quia magnus dies Iezraël. Id est, supplicij, ut ait Sanctus hic, num. 26. & 56. Magnus dies Iezraël (in hic Alapid.) erit dies iudicij & resurrectionis quo Christus Iudæ discernet semen Dei à semine diaboli. Expressè Isai. 27. 12. Vos congregabimini unus & unus filij Israël. Et erit: in die illa clanget in tuba magna, & venient qui perditii fuerant, de terra Assyriorum, & qui eieci erant in terra Egypti, & adorabunt Dominum in monte Sancto in Ierusalem. Exprimunt adventus Israëlitarum in novissimis temporibus per sublequens iudicium, ad quod tubæ clangor præveniet, ut ait Paulus, 1. Thesalon. 4. 16. & simul illorum convertio, exterminatio Pseudo-Christo; de quo fusc Maluend. lib. 11. à cap. 15. & de illorum adventu in Ierusalem, ita Gentes & nationes, quas Ezechiel memorat securas Anti-Christi militiam, Gog, Summum Cham & Imperatorem Scytharum, seu Tartarorum, cum inimicibus sue gentis agminibus Cappadoces, Ponticos, acolasque littorum Orientalium Ponti Euxini, & Meridit Iberos, Albanos, Circassos, Russos, Moscovitas: item Perfas, Lybys, Ethiopes, Galatas, Phrygas, Sarmatas, Turcas, Arabes, Cilices, & Minoris Asiæ acolas; præter insitam Iudæorum colluviem, qui ex cunctis orbis plagis, ubi nunc miserabiliter premuntur, turbulentissimè & seditiosissimè ad sumum Messiam erit unus, omnibus imperans, & divinis afferant. Hæcenus Maluend. lib. 6. d. cap. 33. Tunc igitur Israël pariter & Iuda constituent sibi captivorum pelsimum, putà, iniquitatis fillum. Vaticinium per Ezechielem expressum. Ecce ego assumam filios Israël de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos undique & adducam eos ad humum suam & faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israël, & rex erit unus, omnibus imperans: & non erunt ultra duæ gentes, nec dividunt amplius in duo regna. Quid clarius? De conversione præter dicta, constat ex præfato Zacharie testimonio, num. 12. Sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda, & domus Israël: Tom. VII. Taut. Ecce 2. sic.

Ezech. 5. 14. 17. Non revertentur

Hieron.

Sever. Sul.

Ioseph.

Isai. 11. 11.

Nollus regressus ex dispersis, sed ex profugis

Cometh.

Quando simul que modò dispersi Sancti Alapid.

Maluend.

Ezech. 37. 21.

Zachar. 8. 13.

Quid Hebraei in fuit Mondit I ai. 11. à 10.

fit falvabo vos, & eritis benedictio. Non fecus apud Ofeam, 1. v. 10. In loco ubi dicitur eis, Non populus meus vos; dicitur eis: Filij Dei vobiscum. In illa die (praedictum etiam à Vate Evangelico, 11. à 10.) Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit splendor eius gloriosus. Et erit in die illa. Adhuc Dominus secundò (quia primò, ex Aegypto cunctis data libertas) manum suam ad possidendam residuum populi sui, quod relinquatur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & à Phœris (id est, Parthis) & ab Aethiopia: id est, Arabibus) & ab Aelam (pe filis nemp) & à Sennar (scilicet, Babylonijs) & ab Emath (Indis; nimirum) & ab insulis maris (videlicet, regionibus transmarinis) & levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos Iuda colliget à quatuor ventis.

Muti ex Ebraeam fugerunt ad Iuda ante captivitatem.

15 Hæcne litteræ consona, quæ quidem etiam interpretari possumus de aliquibus dispersis Israël (minimè de cunctis in 10. tribubus) qui adhaerent Iudæ & Benjamin, revertentibus de Babylonia. Vel de illis qui diversis in locis clanem Salmanafer evaserunt, & audita facultate à Cyro concessa redeundi in patriam, redierunt ad propria. Vel denique, quia multi Assyriorum expertes captivitatis, fugientes ad regnum Iudæ sub Principe Ezechia, & simul illi vel filij sub Sedecia capti sunt cum toto regno Iuda à Nabucho, ac delati Babylonem. Primum patet 2. Paralip. 30. 6. ubi: Perrexerunt custodes cum epistolis ex Regis (Ezechie) imperio id universum Israël (quod quidem regnum iam erat translatum) predicantes: Filij Israël revertimini ad Dominum, & revertetur ad reliquias, quæ esurgerunt manus Regis Assyriorum. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserunt à Domino, & tradidit eos in interitum, ut isti venitis. Secundum etiam perspicuè liquet. Jerem. 3. 14. Assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Ioseph. 11. Ant. q. c. p. 5. His litteris acceptis Esdras gavisus adoravit Deum. Advocatà deinde Iudeorum concione, qui apud Babylonem degebant & perlectà epistolà, ipsam quidem retinuit, exemplar vero eius in Mediam ad omnes sua gentis homines transmisit, qui cognità Regis erga Deum pietate, & erga Esdram benevolentia; omnes vehementer sunt laetati: multi vero ex eis assumptis suis facultatibus Babylonem venerunt, cupientes reverti Hierosolyma. Hinc Osee, 11. 8. Avolabunt quasi columbe de terra Assyriorum Constat. 1. Efd. 2. 1. ubi: Hi sunt autem provincia filij (id est, provincie Babylonicæ, quæ à Babylone civitate regia, Babylonia dicta) qui ascenderunt de captivitate, quam transfulerat Nabuchodonosor Rex Babylonia in Babylonem; & reversi sunt in Ierusalem & Iudam, unusquisque in civitatem suam: v. 64. Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo milia trecenti sexaginta. Quo loco Seder-Olam, cap. 29. subdit: Singillatim ibi (legenti calculanti constabit non existim nisi triginta milia trecenti sexaginta. Ubi ergo facti duodecim milia? In his sanè qui ascenderunt de reliquis tribubus, & locaverunt altare super bases suas.

Et ex dispersis, sed non captivis.

16 His ergo iuncti sunt, cum pervenirent (dicam Eihnicè, In campos, ubi Troia fuit) in locum quo floruit Ierusalem, posita tunc in eorum custodia; qui effugerunt ex Israël vel propè vel longe manus Assyriorum, servato ab unoquoque genere & tribus nomine. Haud quia 10. tribus redissent, quæ imperpetuum remanserunt ultra Euphratem; sed solummodò, quippe privatim & sparsim venerunt, vel adhaerent tribubus Iudæ & Benjamin redeuntibus; vel post pacificam sedem in patria accesserunt: quo namque dilucidantur duo Efd. testimonio. Ibid. v. ult. Habitaverunt ergo Sacerdotes & Levitæ, & de populo & Cantores, & Ianitores & Nathinai in urbibus suis, universusque Israël in civitatibus suis. Universus Israël dicitur pro aliquibus ex universo Israël, qui ibidem nomina servabant tribuum, & ibi ex cunctis tribubus erant. Sicine ibid. 6. 17. Efecerunt filij Israël dedicationem domus Dei in gaudio, & obtulerunt hircos caprarum pro peccato totius Israël duodecim iuxta numerum tribuum Israël. Non alio sensu intelligenda sunt alia aliorum testimonia: quod quidem liquet, 1. Paralip. 9. à 1. Translati sunt (dicitur) in Babylonem propter delictum suum. Qui autem habitaverunt primi in possessionibus, & in urbibus suis: Israël & sacerdotes & Levitæ & Nathinai. Commorati sunt in Ierusalem de filijs Iudæ & de filijs Benjamin, de filijs quoque Ephraim & Manasse. Hi enim prius transfugerunt in regnum Iuda, qui cum illo adducti fuerunt in captivitatem, & cum illo in propria loca venerunt, haud sub titulo regni Ephraim seu Israël, sed dumtaxat sub Iudæ Monarchia.

Ioseph. Ex carnis cum Zeebabit & Esdra. 1. Efd. 2. 64.

Sedolori.

Ibid. v. 70

17 Manifestum modò sit tertium ratiocinium: nimirum, plurimos ex Israël ante captivitatem Assyriorum, in adventu Theglath-Phalasar, & priusquam Salmanafer subiugà Samarià, abigeret in Mediam populum Israël degisse sub principatu Regnum Iuda.

Non sub proprio, sed sub Iuda nomi. ut.

Iosephus, d. lib. 8. cap. 3. In diebus Ieroboam, qui erexit vitulos aureos in extremum 10. tribuum, regnante Roboamo in Iuda, dicit: Ad hunc, Hierosolymis degentem, è tota Israëlitarum ditione confluerant Sacerdotes & Levitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni ad iusti patrias suas relinquerunt, ut Hierosolymis Deum colere liceret, offensi Ieroboami tyrannide, qui eos ad suarum vitularum adorationem vi adigere volebat, quo factum est, ut Roboami regnum integro triennio accessivibus cresceret. Sumplit ad litteram ex 2. Paralip. 11. à 13. utque ad 18. In diebus Asa Regis Iuda, ibid. 15. 9. subditur, Congregavit universum Iudam & Benjamin, & advenas cum eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israël. Item ibid. 30. 11. Viri ex Afer & Manasse & Zabulon acquirescentes consilio, venerunt Ierusalem: sub Ezechia Rege Iuda. Quo patet, quam multos è 10. tribubus fugerunt manus Assyriorum: ac non nisi pauci manus Nabuchodonosor, qui eos cum Iuda adduxit in Babylonem, & redierunt in patriam sub imperio Persarum.

18 Quim etiam soluta captivitate plurimi (consequi privilegiorum concessorum gratia Cyri cunctis Israelitis, ut dicitur ibid. cap. ultim. v. 25, & 1. Efd. 1. 3, scilicet: Quis est in vobis de universo populo? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem) est multi maluerunt manere apud Babylonem, non sustincentes possessiones suas relinquere; ut observat Ioseph. lib. 11. cap. 1. fecerunt Principes duarum tribuum: maximè scilicet Euphratensium perib. conantibus regredi, ut Rabbini astruunt, & ex Orthodoxis nonnulli, nec sine sulero. Espreffe Isai. 11. 16. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, sicut fuit Israël in die illa, qua ascendit à terra Aegypti. Cap. 50. 2. Non est in me virtus ad liberandum: Ponam flumina in sicum. Habacuc. 3. 10. Fluvios scindens terra viderunt te & doluerunt montes: gurgis aquarum transiit. Ita cum captivis transiit Ezechiel Euphratem, ut dicitur in Ephemer. 15. Maij, ex Epiphania & Dorotheo: factaque sunt alia portenta inclinatione montium, & saxo exculsione aquarum. Propter vos misi in Babylonem (scilicet, Cytum) & detraxi veses uncorios, & Chaldaeos in navibus suis gloriantes. Qui (pridem) dedi in mari viam, & in aquis torrentibus semitam: Ecce ego facio nova, & nunc orientur, ut cognoscatis ea: ponam in deserto viam, & in invio flumina; quia dedi in deserto aquas, ut darem potum populo meo. Vid. num. 26. His & alijs mirabilibus stupefacta gentes laudabant Deum Israël; ut constat ex Psalmo nostræ Tautologie, v. 2. Tunc dicent inter Gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis. Genebr. hic. Magna & ingentia fecit illis: magnam & insperatam salutem contulit: magnifici beneficijs eos affectit: magnificè & gloriosè liberavit eos. Caietanus: Consonat ut multi Gentium, videntes tale Regis testimonium & opus, dicerent quoque: Magna fecit Dominus istis captivis: cum confecti Consiliarios Regis munera misisset in Ierusalem. Quinimò multi conversi ad Deum verum, profelyti facti ascenderunt cum illis Hierosolymam. Prædicite Zachar. 8. 23. In diebus illis, in quibus aprebandent decem homines (multi) ex omnibus linguis Gentium, & aprebandent simbriam viri Iudæi, dicentes: Ibumus vobiscum: audicimus enim, quoniam Deus vobiscum est. Si Gentes ita morte, quid ut redirent in propria facturi Hebraei: Quique dispersi in regiones Gentium varias) maximè unde habebant Synagogas) terre sanctæ limina derelicta repedarunt, ac in nomina decem tribuum remanerunt.

19 Apostoli ex diversis Tribubus fuisse, asserunt multi DD. Psalm. 67. à 27. In ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israël. Ibi Benjamin adolefcensculus in mentis excessu. Principes Iuda, Duces eorum: Principes Zabulon, Principes Nephthali. Genebr. apponit: Libens refrinxerim ad D. Paulum adolefcentem, de Tribu Benjamin. Principes Iuda, Ioannes & Iacobus filij Zebedæi, Iacobus, Iudas, Simon & eorum fratres. Zabulon & Nephthali, Petrus Andréas, Philippus, Thomas, & plerique Ecclesie proceres. Luc. 2. 36. dicitur: Anna prophetissa de tribu Afer: & Act. 2. 5. Erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione, qua sub celo est. In cunctis nationibus, ad quas dispersi vel voluntarijs vel violentis exilis, synagogis gaudebant. Offendit Philo Legat. ad Caium Caligul. his verbis: Hierosolyma est Metropolis non unius regionis Iudææ, sed & multarum propter colonias inde olim deductas, vel propriis in finitimam Aegyptum Phœnicem, Syriam; vel longias in Pamphiliam, Ciliiciam, plerasque Asia partes usque Bithyniam & Ponti sinus intimos. Pari modo in Europa Thessaliam, Bœotiam, Macedoniam, Etboliam, Atticam, Argos, Corinthumque, Pelloponnesijs partes præcipuas. Nec tantum continentis provincia plena sunt.

Ioseph.

Multi ex tribubus de cem, ante captivitatem recesserunt in regnum Iuda.

Ioseph.

Eubratæ Ezechieis profetius.

Insignia mi habita facta à Deo ad remigrationem Iudæ.

Isi. 43. à 14.

Genebr.

Caietan.

Decem pro plurimis.

Genebr.

Vale scap tior, 19. tribubus in Iuda nomina earum Philo.

Cyro completus est annus septuagesimus desolationis Ierusalem & captivitatis Iuda; maxime tunc data facultate captivis rediendi in propria, quod factum est, & demonstratur, 2. Paralip. 36. 20. *Siquis coaserat gladium, ductus est in Babylonem, donec imperaret Rex Persarum, usque dum compleveretur septuagesimus annus, &c.* Ioseph. d. lib. 10. cap. 10. inquit: *Servivimus ei (Regi Babylonis) postquam eius per annos 70. a qua servivimus Persae & Medis nos eripient, extinxisse Babyloniorum imperio; quorum ope dimissi, & huc reversi, templum edificavimus denovo, & Hierosolyma restituerunt.* Huc accedit, quod quum dixit Zacharias, *Iste septuagesimus annus est;* quadraginta duo millia iam erant in patria, templo inchoato ac altari erecto, uti diximus, num. 22. Implevit namque primo anno Cyrus, quod praedixerat Isaias, 45. 1. 3. *Ipsa edificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet.* Unde itaque complebitur annus septuagesimus remissionis, ac Iudae felicitatis, anno secundo Darij, qui a Cyro quartus Rex Persarum, atque Medorum:

Ioseph.

Ibi. 45. 13

2. Paralip. 36. 20.

Fabrica templi a Cyro usque quare suspensat

Ierem. 27. 7.

Baruch. 6. 20.

Generatio pro successione dignitatis, non generatio

25. Difficilia sane, sed eluenda in nostrum ex Scriptura argumentum. Prius, arbitrator, a Cyro iussu edificari Hierosolymis templum, quam impleretur septuagesima anni a Sanctuarij vallatione, & terra captivorum vastitate. Propterca primo regi anno, *Insuscitavit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum, qui iussit praedicari in omni regno suo etiam per scripturam dicens: Omnia regna terrae dedit mihi Dominus, Deus caeli, & ipse praecipit mihi, ut edificem ei domum in Ierusalem, quae est in Iudaea. Eadem 1. Esdr. 1. 2.* Hoc consilio cum valis templi, quae tulerat Nabuchodonosor remisit, quibus placuit regredi cum Zorobabel, ac Principibus Iuda & Benjamin in templi fabricam; quod quidem manus inceptum (cuius absentia expeditione in Scythas, ubi est medio sublatu) suspensum accusatione Chatacorum, toto Cambysis tempore usque ad annum secundi Darij Hystaspis; ut dicitur 1. Esdr. 4. 24. *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum Darij Regis Persarum.* In hoc anno dicit Zacharias, impletum esse tempus captivitatis & liberationis, a templo scilicet destructo usque ad templum erectum; & iure etenim si sub Cyro fieret, non esset desolationis & captivitatis septuagesima anni, quos decreverat efficaciter Dominus; sed tantum supra unum quinquaginta, ut vidimus; & permisit per novendecim annos intermittere templi fabricam, ut viderentur irrita Numinis verba. Populum in templi renovationem ante tempus Cyrus remisit, sed Deus ostendit, ut impleretur septuagesima anni, quorum ultimus secundus Darij Hystaspis, & septuagesimus a desolatione urbis, in quo Darij iussit impleri exacte decretum Cyri, 1. Esdr. 6. 4. 1.

26. Confirmatur ratiocinium ex discrimine minacis prophetiae in Iudaeos, & alias nationes. *Erit universa terra haec in solitudinem & in suporem: & servient omnes gentes istae Regi Babylonis septuagesima anni.* Ita in omnes nationes, quae in circuiitu terrae Sanctae, minatur Ieremias, 25. 11. De filiis Iuda dicit, cap. 27. 7. *Servient ei, & filio eius, & filio filij eius: &c.* 2. Paralip. 36. 20. *Servivit Regi, & filij eius, donec imperaret Rex Persarum.* Venit Rex Persarum Cyrus, & deinceps non servivit, sed in Babylone (non ut aliae nationes captivae) degit: etenim perperam diceretur violentam subire servitutem; quum a Cyro domino accepisset libertatem. Servivunt quinquaginta & uao annis Nabucho & filij eius; sed usque ad septuagesimum, qui fuerunt in Babylone, potius sunt libertate, ut floreret manumissione gratuita gratia Cyri, & simul transire septuagesima anni a desolatione templi: quod tempus captivitas Iuda dicitur, & ut servivus a tunc cunctis signatur; haud quia ibi vixerint sub captivitate toto tempore, sed quia illuc transfugerunt captivi. Lique ex Baruch, 6. 4. 1. *Abducimini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor Rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos cum pace.* Quomodo septeni generationes in septuagesima annis; facessit Interpretes; ex quorum enodatione ampliores inextricabiles difficultates, ubi nulla est, ut perspicuo ostendam. Generatio hic non sumitur pro successione sed pro genitorum varietate, sive sint eiusdem, sive alterius generis. Quare hic generatio est mutatio rerum, quae semper usavenit mutatione personarum. Septem ergo fuere Reges intra spatium septuagesima annorum, quibus filij Iuda cum ceteris contribulibus extra patriam: Nabuchodonosor, scilicet, Evilmerodach, Baltassar, Cyrus, Cambyses, Smerdes Magus, & Darij Hystaspis; in cuius anno secundo desijt septuagesimus a desolatione templi & urbis. Ex quo patet, non primo Cyri anno, sed Darij secundo terminari exilij finem; quippe tunc pervenit in generationem septimam a

Do.

Domino in populi libertatem post annos septuaginta destinata: & simul quum exacta tunc dictum a Zacharia: *Iste iam septuagesimus annus est.*

27. Desolata fuisse terram Iuda cum Metropoli constat ex dictis: cur autem desolata & non terra Israel, signat Iosephus, d. lib. 10. cap. 11. inquit: *Salmanassar in vacans Israelitarum sedes deaxit gentem Chatacorum, qui prius in intima Perside & Media fuerat, Samarita deinde vocati, a regione in quam demigrarunt. Rex vero Babylonis pro abductis duabus tribubus nullam gentem in eam regionem reposuit: quo factum est, ut Iudaea cum Hierosolymis, ac templo, per septuagesima annos deserta maneret.* En expositio nostra singularis, qua enervantur conjecturae & ratiocinia AA. distinctis temporibus initium septuaginta annorum testimonij sacris attestantium: igitur ad unguem sine obice exegitabili quadrati & liquet quam amice conveniant, quae contraria primo aspectu videntur sacra allata testimonia. Ut fuse videris, adi Canum, lib. 11. de Loc. cap. 5. argument. 9. Pererunt, Lyranum, Sanctium, Alapide, Caltrum, Riberam in loc. sac. cit. Maluend. hic & 2. de Anst. Chr. St. cap. 15. Barradium in Evangel. lib. 5. cap. 17. Gordon. Chronolog. qq. a cap. 12. Lactant. Firmian. 4. Iestit. divin. cap. 5. Euleb. in Chronic. num. 1426. Cyrill. lib. 8. Contr. Julian. Clement. Alex. 1. Stromat. Hieronym. in Ierem. 25. Ezech. 4. & Proem. in Agg. Hermann. Schedel, & Marian. Scot. in 5. Mund. etat. Iul. Hilar. de Mund. durat. Azot, Tom. 1. lib. 6. q. 11. cap. 56. Ioann. Lucid. 2. de Ration. tempor. cap. 11. ex Iulio African. cap. 5. & Suarium, Tom. 1. in 3. p. D. Thom. disput. 6. sect. 1.

28. Ut magis luceat praefata expositio: dices. Ergo saltem qui in Ierusalem ascenderant cum Zorobabel, non fuerunt in Babylone annis septuaginta: in omnes enim, ut vidimus, fulminatum decretum, ut luereat penas, servitutis ac captivitatis septuaginta annorum. In Scriptura usus est, nullos dici, ubi sunt pauci. Absolutè dicitur Ierem. 44. 27. *Consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in terra Aegypti: & v. seq. Revertentur de terra Aegypti in terram Iuda, viri pauci.* Quo quidem patet, paucos dici nullos. Idem dictum, cap. 42. 17. *Omnes viri qui posuerint faciem suam, ut ingrediantur Aegyptum, ut in habitent ibi, morientur.* Sophonias etiam dicit in praesentem articulum: *Disperdam homines a facie terra dicit Dominus: extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem & disperdam de loco hoc: & nihilominus plures remanserunt, ut refertur a Ieremia cap. 40. ubi v. 11. Omnes Iudaei, qui erant in Moab & in filiis Ammon & in Idumaea, & in universis regionibus, audio quod edisset Rex Babylonis reliquias in Iudaea, & quod praeposisset super eos Godoliam, reversi sunt, & venerunt in terram Iuda.* Quid clarius in nostrum propositum? Vide dicta, Tom. 4. T. 8. n. 22. Quid ergo quod Zorobabele duce venerint quadraginta duo millia, respectu multitudinis, relictae, seu remanentis in ditione Babylonis? Hi qui respectivè numero pauci, quasi nulli: quapropter omnes more usitate locutionis, qua quod non plenum pro nihilo reputatur; in Babylonia degere septuaginta annis, usque ad annum secundum Darij Regis Persarum atque Medorum.

29. Denique dices: Scriptura nihil refert de reditu Iudaeorum nisi sub Cyro: ergo vel nunquam regressi, vel venerunt cum Zorobabele, necdum septuaginta annorum soluta captivitate. An regressi cum Esdra, vel Nehemia (quos annus facit Brev. ann. ab Urb. Condit. 299.) cum quibus multi è captivitate ascenderunt Hierosolymam? Nugae: etenim Esdras venit anno septimo Xerxis, filij Darij, & Nehemia ann. 20. 1. Esdr. 7. 8. & lib. 2. a 1. Anno ergo secundo Darij dimissus est plenus populus in partem; quippe tunc expletus septuagesimus exilij: etenim esdò in textu canonico non sit, est tamen. 3. Esdr. 4. a 42. supponiturque factum, quoniam Deus fidelis in promissionibus suis. Quicquid innot loc. cit. Esdras, fuisit profert Ioseph. d. lib. 11. cap. 4. *Zorobabel admonuit (inquit) Darium, voti, quo se obligaverat, si adipsiceretur potestatem regiam: id autem erat, denovo condere Hierosolyma, & ibi templum instaurare, ac deinde sacra vasa olim per Nabuchodonosorum inde sublata, & Babylonem perlata, restituere. Tum Rex laeus scripsit Toparchis & Satrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosque qui una profecturi erant, ad instituentiam & absolvendam templi fabricam. In quibus literis hoc quoque adscriptum erat; iubere & velle Regem, liberari esse omnes Iudaeos, quotquot ex captivitate Hierosolyma postliminio redierint. Idemque etiam & Samaritanis imperavit, ut agros qui aliquando Iudaeorum iuris fuissent; antiquis possessoribus redderent, atque in super quinquaginta talenta in fabricam templi conferrent. Denique de remittendis sacris vasis, deque Iudaeorum restitutione, confirmavit omnia, quae prius*

Ioseph.

Cur desolata dicitur Ierusalem & non Samaritiae

Nulli dicuntur pauci. I. rom. 44. 27.

Sophon. 1. a 3.

3. Esdr. 4. a 62. Duplex remigratio, ut dicitur in Zorobabele.

Ioseph.

Tom. VII. Tant.

Esse

prius

prius Cyrus decreverat. Zorobabel autem hanc gratiam à Regge consecutus, quamprimum egressus est Regiam, suspiciens in caelum, gratias egit Deo, & Babylonem profecto pro est, laetum popularibus nuncium afferens. Quo audio primum gratias egerunt Deo pro redita sibi patria: deinde ad epulas & compositiones versi, per huiusmodi hilaritates continuos septem dies exegerunt, & ob receptam patriam, cum natalitiam festivitatem deum celebrantes. Deinde Duces Hierosolymitanæ projectionis ex sua quemque tribu elegerunt, comparatis & iumentis, qua uxores ac liberos suos coherens: deducendisque quos Darius ad bovisam miserat, genitaliter viam eminentibatur hilares, personantibus omnia tibijs, & cymbalis perstreperantibus, prosequente per lussam ac letitiam & reliquâ Iudeorum multitudine, nam certus numerus è singulis cognationibus selectus proficisceretur. Hoc tantum dicam compendio: fuisse scilicet pubertatem egressorum quater mille millia & sexcenta viginthi millia, dumtaxat ex tribu Iuda & Beniaminita (Sic de reliquis, quod ibi videlicet reliqua verò multitudo paulisper discedentes profecuta, domos quisque suas redijt.

30 Iam iter meabile in nostrum pleonasmus; quippe huius reversionis in dilectam patriam argumentum: nimirum postquam in Babylonem stentisque euntesque iverant; venientes atque exultantes à servitute veniebant. Unde in solamen cordis, stentis præ afflictorum, exilio gravi fauciorum, amaritudine; dicitur: *Venientes autem venient cum exultatione.* At quomodo cum exultatione, si in huiusmodi tractu dicitur per Ieremiam: *In tempore illo, ait Dominus, venient filij Israel, ipsi, & filij Iuda simul ambulantes & stentes properabunt?* Præ gaudio arbitror, ex libertate tantæ tyrannidis, ac consummatione diuturnæ servitutis. Non novum: æque ac dolor, lachrymas elicit letitia profusior. Illic lachryma præ gaudio: ait Terent. in *Adolph. Act. 4. scen. 1. v. 20. Lachryma spicula de gaudio procedunt.* Apuleius, *Metamorphos. lib. 1. & Tit. Liv. 5. scil. 11. Certatim Patribus, plerique manare gaudio lachryme. Lati ergo & manantibus præ gaudio lachrymis consalutant Alexandrum milites:* ait Curtius, *lib. 7. cap. 8. Vid. hic, Tautolog. 4. num. 4. & Tom. 2. T. 7. D. 4. num. 2. Eluxit contrariis effectus ab unica causa in templi Hierosolymitani erectione, ad quam ascenderant de captivitate: igitur vix parietes è terra elevabantur surgentes, quàm Seniores, qui viderant templum prius, cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum; stebant voce magna, & multi vociferantes in letitia, elevabant vocem: nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris latantium, & vocem stentis.* 1. Eldr. 3. à 12. Præscribitur exultatio, lib. 3. cap. 5. à v. 2. *Darius Rex misit unâ cum eis equites mille, donec dedecrent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & tibijs.* Secundum multitudinem dolorum in corde, propter servitutis durissimæ penas; ita consolationes lætificaverunt regredientium animas. Latati sunt pro diebus, quibus humiliavit angustia, annis quibus viderunt catenata mala; & secundum quæ viderunt. *Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem:* dicit Baruch, 4. 2. 9.

31 Ita ergo Propheta, describens exitum, & ita faustum in conversione captivitatis Sion; dicit: *Facti sumus latantes: tunc repletum est gaudium os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Quasi sine halitu vitali erant Hebræi sine Ierusalem, maxime templo destructo, quin haberent in extrema tegula, quò possint dirigere, promere ac reddere vota sua. Unde captivi ducti dicunt Psalm. 136. 1. *Super flumina Babylonis, illic sedimus & flevimus dum recordaremur Sion.* Lachrymas elicebat gloriæ amittæ memoria, & intermissa captivitate letitia: etenim premebat in stentum corda absens felicitas, atque comes individua calamitas. Quomodo tunc cantabitur canticum, ubi aviditas in stitum bibebat absinthium?

Carmina nulla canam.
Levet memoria urbis, quicquid exilium inferet captivis doloris. *Si oblitus fuero tui Ierusalem, oblivioni detur dextera mea.* (Ovid. 1. Amor. Eleg. 6. vers. 35. & 10. *Me tam. lab. 5.*

Hanc ego si copiam, nunquam dimittere possum.
Ante vel à membris dividar ipse meis.
Semper eris mecum, memorique habebis in ore.)
Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui (Virgil. 4. *Æneid.* v. 335:
Neque me meminisse pigebit,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.)

Alludit morem priscum trahentium in annulo imaginem Numina, aut Imperatoris: unde Plin.

Numerus re
decentia sub
Dario.

Plalm. 127
6.
Ierem. 50
4.

Lachrymæ &
gaudio.

1. Eldr. 3. à
11.

Baruch. 4.
29.

Ubi supr.

Hierusalem
delitium He
bræorum.

Virgil. 1.
Elog. v. 78.

Ovid.

Virgil.
Imago dile
cti in annu
li.

Plin. lib. 13. cap. 7. inquit: *Digitis Deos gestant.* Vota ex amore extendit captivitati mancipatis, sed liber in dilectionis demonstrationem affectus. *Si non proposuero Ierusalem in principio letitiae meæ.* Ovid. d.

Te lyra pulsa manu, & sarmina nostra sonabunt.
Ufus fuit iuberi captivos canere, vel propter cantus varietatem, vel propter victoriæ recordationem, est id indigenarum haberetur modulamen. De Alexandro dicit Q. Curt. 6. *Histor. 2. Non contentis artificum, quos è Græcia excitaverat; captivæ femina iubebantur canere peregrinis auribus carmen.* Idem Liv. de Paul. *Æmil. lib. 45. scil. 32.* Haud aliter Babylonii insolentes; sed in terra aliena, memorum Ierusalem (quæ summa illorum letitia, ad quam dirigenda solummodò modulamina (canticis silentium fit) quippe dumtaxat Numen decebat hymnas in Sion. Torus articulus captivorum atque presentium circumstantiarum, describitur à Virgilio, sed aliò ductâ cogitatione, *Elog. 1. à v. 3.* Insignes utique Urbes: sed quid respectu Ierusalem? Inlytæ profecto, ac magna; at quid cum perfecto decore & gaudio univærsæ terræ: Clara.

*Verum hæc tantum alias inter capti exultit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna capressis.*
*Nos patriam fugimus, & barbarus lentus in umbra,
Nos patrie fines, & dulcia linguæus arma.*
*At nos hinc alij stitentes ibimus Afros,
Pars Scythiam & rapidam Creta venimus Oaxem;*
Ei penitus toto divisos orbe Britannos,
En unquam patrios longo post tempore fines
Pauperis & tugurij congestum cespitem culmen.
Post aliquot mea regna vident mirabor aristas;
Impius hæc tam culta novalia miles habebit;
Barbarus hæc segetes: En quò discordata civis
Perduxit miseris. En quis consecimus agros.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset;
De caelo tactas, memini, prædicere quercus,
Sæpe sinistra cavò prædixit ab illo cornix.
Quid facerem? Neque servitio me exire licebat;
Nec tam presentes alibi cognoscere Divos.
Hic mihi responsam libus dedit ille petenti;
Antè leves ergo pascuntur in aethere cervi,
Et freta destitunt nudos in littore pisces;
Quàm nostro illius labatur pectore vitæus.
Et quæ tanta fuit illam tibi causâ videndâ?
Libertas, qua sers tamen respexit inertem:
Respexit tamen, & longo post tempore venit.

Et dum venit pectori avidissimè expectanti, in patriam exules venerunt cum exultatione.

32 Non solum venerunt exultantes, sed venientes. Hic Pleonasmus genuinè potest exponi ex dictis Tom. prioribus, quæ invocæ phrales, uti: *Loquenti locutus, Evanes ibant, Expectans expectavi, Silens contitesces,* &c. Qua sine obice per adverbium delictantur. Geminatur ergo adventus participio verbi, ut firmitas notaretur in divina reditu promissione: q. d. Infallibiliter venient, uti accidit. Ducto (sicut prius in captivitate regno Israël) infelici Iuda; dubium, fovente rumore, an rediret, qui tunc ab illo abacti, in desertam consuetudine patriam, sicut non redierat aliæ decem tribus: diciturque meditatio: *Venientes venient;* quippe illæ exules, a mandata, expulsa, spactaque in perpetuum: Iuda verò dumtaxat ad septuagesimum annum; post quem remigraturus duas tribus, cum alijs ex alijs, promiserat Dominus, ut vidimus. Sensus ergo est: quamvis sine spe nationum consilium regni Iuda; ibant entes, & præ vexatione stentis mentia est iniquitas sibi ex odio ac cordis putredine & aversione: equidem entes venient, dato ac consummato tempore. In ipso articulo regressum cogitare quibant adverterari, si mens non læva fuisset: etenim pro decem tribubus Chutæi lussæti, quippe non remigraturi, & ad reditum Iuda terra perstitit in desolatione. Vide num. 2. 7. Unde entes modò non venient; sed venient, cum venerit tempus, & impleatur captivitatis septuagesimus annus. *Circumdabo domum meam, ex his qui militans mihi cunctis,* &c.

Tom. VII. Taut. *Eff* *Secundæ*

Plin.
Ovid.
Pl. 136. 11

Q. Curt.

Virgil.

Participi
pro adverb
vio.

Expositio 5

Secundæ

vertentes: dicit Dominus, Osee. 9. 8. Non alij, neque est Israël, neque ex nationibus quas simul evulsit Nabuchodonosor. Malach. 1. 4. Si dixerit Idumita: *Destruisti sumus, sed revertentes edificabimus quae destruita sunt: haec dicit Dominus: Ipsi edificent, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in aeternum: oculi vestri videbunt, & vos dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israël.*

Habac. 2. 3. 33. Quod sine duobus futurum, hac phrasi exprimitur. Ita de Messia apud Habacuc: *Adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet.* Hoc est, tandem tandem veniet. Sicut sillicidia stillantia super terram: guttatim, non impete; sed sicut ros descendet: post tempus & tempus; ut appareat in novissimis temporibus. *Veniens & Venturus*, est nomen Messiae. *Psalm. 117. 26. Agg. 2. 8. Malach. 3. 1. Ioann. 1. 15. 6. 14. Matth. 11. 3. & Apocal. 1. 4.* Quapropter dum dicitur à Propheta: *Veniens veniet;* & à Paulo: *Qui venturus est, veniet;* idem est, ac dicere: *Messias veniet*, quia *Qui venit*, vel *Veniens* antonomastice dicitur; quod quod tempore praefinito venturus. Ita geminatione astruitur eventus certitudo, quasi *Veniens* profectio, sanè, certè, praeculdbio, reapse. *Ezech. 30. 9. Absque dubio veniet.* Ita sensus illorum quae successivè sunt, & sunt in via, cuius aliquando meta; sicut quae iam in quiete, desceantur passilogè. *Ovid. 3. Trist. 2. v. 17.*

Ut via finita est, & opus requievit cuncti.

Ovid. Hic supponitur certitudo Venturi, quasi iam posuerit in via gressus suos; sed in praesentiam ignoretur adventus. *Nondum enim venisse apparet, quod venit* (ait Senec. *Epist. 117.*) *Ver securum est. Scio nunc hyemem esse. Aestas scutura est. Scio estatem non esse. Maximum argumentum habeo nondum praesentis futurum esse. Spero, sed inierim non sapio.* Similiter in nostra Tautologia. *Veniens venient*, scilicet, ita quidem, certior certius. In Scriptura ubi non apponitur geminatio, adheret aliqua particula emphatica; quae significatur firmitas promissionis. *1. Reg. 2. 31. & 4. cap. 20. 17. Ecce venient dies.* *Ierem. 23. 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus. Zachar. 9. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi: sic alia. Ecce demonstrativum, sicut Venies futurum; & uniter quod videtur oppositum signando futuri demonstrationem; ut explicet vaticinium promissionis certitudinem. Genes. 15. 16. Generatione quarta revertentur huc. In Hebræo periodus exprimitur per geminationem: *Revertentes revertentur.* Vide dicta, *Tom. 4. T. 2. n. 17.**

Virgilio. *Hinc populum laie Regem, belloque superbum Venturum excidio Lybia. Sic volvere Parcas.*

Propertius, 1. Eleg. 6. v. 35. *Veniet non inimmerit hora. Denique Cicet. ad Quint. Ir. signat actualitatem in futuro, dicens: Non enim sumus sine cura venientis anni.*

34. Venire interdum usurpatur pro evenire, quasi casus vel fortitudo. Unde Senec. de Provident. cap. 5. inquit: *Non incidunt, cuncta, sed veniunt.* Cicet. ad Tiron. astipulatur: *Feliciter rem tibi istam venire cupio.* Non ita accipiendum venire in Tautologia; sed medietatem propositum, & promissionis exhibitio, quod duplici verbo aequivalentis significationis signat David, *Psalm. 37. 12. Appropinquaverunt, & steterunt.* *Isai. Appropinquaverunt & accesserunt.* Septuaginta. *Appropinquaverunt, & venerunt;* accepto *Venire* pro *Apparere*, vel *Ostendi*: quae quidem acceptio aliquando in Sacr. Bibl. *Venit Ioann. neque manducant, neque bibent: venit filius hominis, &c.* id est, ostensus, apparuit inter homines filius hominis, visus etiam Ioannes. *Genes. 19. 1. Venerunt duo Angeli Sodomam: cap. 20. 3. Venit autem Deus ad Abimelech. Numer. 22. 20. Venit ergo Deus ad Balaam. Perspicuo Deuter. 33. 2. Dominus de Sinai venit, apparuit de monte Pharan. Quo intelligitur illud Samaritanæ dicentis: Scio quia Messias venit: Cum ergo venerit. Non implicat, quippe sententia sensus est: Scio Messiam venturum; sed cum venerit, &c. Vel Scio. Messiam venisse; sed cum apparuerit, & se nobis manifestaverit: nobis annuntiabit omnia. Idem sensus in testimonio Pauli: *Qui venturus est, veniet:* id est, apparebit. Non fecit dilucidatur P'eonasmus. *Veniens venient.* Qui euntes in Babylonem abierunt, ducti per Nabuchodonosor: venientes apparebunt in sancta Jerusalem. *Ne timeas servus meus Jacob: ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captivitatis eorum. & revertet ut.* *Ierem. 30. 10.**

35. Aliter interpretari possumus, accipiendo verbum pro adventu, & participium pro tempore & modo. De modo, *num. seq.* Usu venit sepe unum è verbis summi in sententijs pro velocitate temporis vel actionis. *Luc. 7. 3. Ut venires & sanares:* hoc est, ut

ut citò sanaret, vel ad sanitatem quamprimum veniret. *Ioann. 11. 34. Veni & vide:* id est, statim videbis. *Ierem. 11. 19. Venite mitamus lignum* (Hebr. *Taxum*) *in pavent eius. Venite*, pro *Aditum* inficimus veneno cibum eius. Idem in *Psalm. 94. 1. Venite exultemus Domino.* *Psalm. 33. 12. Venite filij, abhinc me:* scilicet, proinus. Constat ex Hebræo usitata dialectica. *Veniet veniens ad templum sanctum suum.* *Malach. 3. 1. ubi Vulgat. Statim veniet.* Haud aliter in praesenti articulo. Ex captivitate filij Iuda venientes venient: videlicet, citò venient; quasi in prociòdu sunt ut in patriam revertantur: vultu, citè, faxò venient. *Ierem. 27. 16. Ecce de Babylone revertentur nunc citò. Nunc citò & Ecce,* promptitudinem indicat, quasi propè. Floridè Plautus & appositè. *Carro curriculo domum.* In *Moshell. Act. 2. scen. 1. v. 15. & in Perf. Act. 2. scen. 2. v. 17. Vola curriculo:* iuxta animum & propositum velocitatis non dicit *Veni* & sed *Curre:* & quasi ipso cursu velocitas tarda, addit meditantè *Vola.* Ita igitur firmitas promissionis de regressu in patriam filiorum Iuda. *Veniens & venientes*, citò & ita velociter, ita perniciter, ut in cursu non sit cursus, sed volatus. *Revertentur. Assument pennas sicut aquila; current.* *Isai. 40. 31. Clarior Osee, 11. 11. Avolabunt quasi aves ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus.* Sic pernix adventus Iuda in desertam avitam patriam. *Transibit in pace: somnia in pedibus eius non apparebit.* *Isai. 41. 3. Sil. Italic. 3. v. 308.*

Tanta fuga est: certant penna, campumque volans Cum rapere, pedum frustra vestigia querat.

Hic alite plantà, non quasi venientes; sed ut venientes ad vota: gradu veloci, quia ad optata non inus, sed currimus, sed volamus; igitur anima non movetur pedibus, sed affectibus. *Plaut. Trinum. Act. 4. scen. 3. v. 3. Ade gradum, appropere.* Solicita res est amor. *Nec patitur moras:* inquit Senec. in *Hercul. furent. v. 587.* Exules venientes venient, postquam impletus tranmigrationis septuagesimus annus: non plus, minufve, sed temporis praefinito nec plus nec minus. *Veniens venient properi:* dicit Syrus. *Gaudentes revertentur.* *Aëtio.*

36. Hic est modus, dato ad remigrationem tempore: q. d. Non solum illotunc venient venientes, sed exultantes. *Veniens venient cum exultatione.* Hinc Iuda pro reditu in amilla, & plus amissione optata: dicit de captivanda captivitate, & promissè reductionis promptitudine, *Habac. 3. 19. Ponet pedes meos quasi cervorum: & super excelsa deducet me Victor, in psalmis canentem.* *Vidimus, num. 29. Exultavit latibunda & laudans, dum solvit vincula colli tui captiva filia Sion. Quid miram? Reduxit, qui eduxit. Reduxit latentes, qui eduxit fientes. At quorsum? Dixit Isai. 61. 3. Ut ponerem laetitibus Sion, & darem eis pro cinere coronam, oleum gaudij pro lacrima, pallium laudis pro spiritu mæroris, & vocabuntur plantatio Domini ad glorificandum.* Sicut in exitu querelis ac lachrymis præ dolore resonabat terra; aequè in reditu inibilo ac inebunditate personabant corda. Genialiter, festivè ac gloriosè redibant in patriam, felicitatem pristinam; ut patet exuberante gratia Regis Perfarum, qui pro regno, adificij templi & Urbis fecerat vorum, ut dicitur *3. Esdr. 4. 43. & à Ioseph. lib. 1. cap. 4.* Sed quid hæc cum portentis quæ Deus paravit in regressum, servitutes diræ contracto vinculo? Audi. *Exurge Jerusalem & sta in excelsis & vide collectos filios tuos: ab oriente Sole usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. Exierunt enim abs te peccabiles duci ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore, sicut filios regni. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & convales replere in aequalitate terra; ut ambulet Israël diligenter in bonorem Dei: obumbraverunt autem & silva, & omne lignum suavitatis Israël mandato Dei. Adducet enim Deus Israël in lumine maiestatis sue. Haftenus Baruch. 5. à 5. Quando simul tot portenta: Memoriam fecit mirabilium suorum, quasi torrentem inundantem gloriam Gentium. *Adducet omnes fratres vestros de cunctis gentibus domum Domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, & montem sanctum meum Jerusalem.* *Isai. 66. 20. Sive revera, sive hæc cuncta metaphorice sumantur; indicia sunt summae peroptabilis commoditatis, fomitis exultationis. Magnificavit Dominus facere cum eis. Vide num. 18. Hinc dicunt: *Facti sumus latentes.* *Maluend. Facti sumus velut qui somniant.* Ultra spem magnificè dignari, igitur tanta moles honoris, quantum nec concipere poterant vel fomiantes. Ita festivus populus (retorqueatur Propert. 2. *Eleg. 14. v. 11.*)**

Dum amissis supplex cervicibus ibat,

Plaut,

Cor in opta
ta cursu ve
las.

Sil. Ital,

Senec.
Aner non
patitur me
ra.

Syr.

Expositio 7.

Iuxta messi
ruines ca
leste, confo
lantes.

Miranda
figuralia
& stupenda
in libertate
Sion.

Non iam cantabant canticum in terra aliena. Quid? Sumendum ex Eihnico, Eclog. 9: à v.62.

Tamen veniemus in urbem. Cantantes ut canemus, ego hoc te fasces levabo: Carmina sum melius, cum venerit ipse, canemus.

Virgil.

37 Filij transmigrationis urbi appropinquaverunt, sic & accesserunt; quippe sine mora in via, amputantes retinacula, ne de sinat appropinquare, qui cessaris accedere: dicit Leo Pap. de Passio. serm. 11. & Virgil. 12. Aeneid. v.565.

Leo Pap.

Nequa esto mora. Nequis ob inceptum subitum mihi seignior ito.

Idem.

Homer. 18. Odiss. v.387. Si Ulyses venires & accederes: idest, accederet veniendo sine mora in via, ut rediret sollicitus in propria. Hæc sollicitudo, dum agitur quod agitur animo attentò & intento in agendum. Plaut. Pers. Act. 2. scen. 2. v.3. Fac rem hanc cum cura. Pro perfectione actionis sæpiculè placuit phrasib. Bacchid. 3. 1. v.12. Facis, qua facis. Addit in Trinum. 2. 2. v.110. Age rem cura. In Stich. 5. 4. v.33. Age, si quid agis, age. Virgil. 9. Eclog. v.65.

Quid sit in actione sollicitudo.

Plaut.

Virgil.

Rom. 12.

11.

Bebeasti.

Epexegeti.

Isai. 41. 5.

Pl. 17. 12.

Pig: e agendo, ubi agi fit.

Ca. ull.

Hug.

Ierem. 48.

10.

Diferimen emisionis & pigritia.

Alapid.

Caletan.

Oth. Vxn.

Versens.

Epilog. Su.

cus.

De sine plura puer, & quod nunc instat, agamus. Quoniam, ut observat Senec. Epist. 1. Vita pars maxima elabitur nihil agentibus, tota aliud agentibus. Hinc Doctor Gentium opat, quod Romani sint sollicitudine non pigri. Per Bebeasim, q.d. Non solum non pigri, sed & solliciti. Euripid. in Ion. v.290. Advena, non civis, ex altera terra. Juvenal. Satyr. 14. v.70. Sine labe, vitioque carentem. Lucan. 10. Pharsal. v.76. Illicitosque thoras, & sine coniuge partus. Plutarch. ad Princip. indoct. etiam: Regula recta, non obliqua. Testimonia in sacris, usquequaque quapropter missa facio. Unde sæpe negatio sumitur pro Non solum non. 38 Aptius dicitur per Epexegetum, quasi sollicitudo sine pigritia sit agentis, & in opus fatagentis: etenim si non præsens circa præsentia animus, est pigra sollicitudo: & non sollicitudo cum pigritia. Liqueat præsentis sacris auctoritatibus. Appropinquaverunt & accesserunt. En vera sollicitudo, quippe cum pigritia qui videbantur solliciti, appropinquaverunt & steterunt. Non auxij in opere & ad opus. Sunt in negotio otiosi & debent esse in negotijs negotiosi; ut ait Plaut. in Mercator. Act. 1. scen. 2. v.79. & Catall. Carin. 67. v. 24.

Ut tibi tunc toto pectore sollicita.

Hugo hic: Sollicitudine non pigri. Omisio (instit) est respectu actus debiti: negligentia respectu circumstantia debita; quando quod fit, non fit modo, quo debet fieri. Hinc Ierem. 48. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter. Hebr. Negligenter. Constat in opere sollicitudo non pigritia; quippe aliquid detrahit operi negligentia. Alapide favet cogitationi noltræ. Solliciti (ait) non tantum honore, sed & favore, officio, ope, curâ; idque non pigre, sed sedulo, studio, diligentia. Arab. Non pigri, sed solertes: in solertia non pigri. Nerbosè Syr. Amantes & diligentes, quasi pigritia opposita amori & charitati. Charitas non querit que sua sunt, & amor ad opus in nulla sede moratur. Caletanus distinguit in idem propositum, virtutis donum & usum; subiungitque: Sollicitudine: ecce donum. Non pigri: ecce usus. Oth. Vænius, Emblem. Amor. 48. succini:

Acer & irrequietus amans animo omnis versat, Ardet, & hæud ullis permanet ille locis.

39 Cuncta expedita: modo ad vestiones, Venientes venient cum exultatione. Hebr. Veniendo veniet in laude. Syr. Venient properi. Athiop. Gaudentes revertentur. Malucud. Venire veniet in acclamatione. Alij apud illum: Omnino redeat cum cantu. Festinus redit, ac latus. Veniendo veniet cum iubilo. Redeuntes gaudio pleni. Augustin. Corona gaudiorum & exultationis. Singulis expositionibus aptavimus Interpretum cogitationes: modò inferam Didascalij: ut percepto fructu ex stetu, repleat incunditate, quando veniant & apparebo in conspectu Domini.

ADINATON EXEGETICUM:

1. Venientes venient: idest, Tandem, tandem venient. In philautia nec spes: etenim cum cæca sit; numquam veniet in cognitionem erroris, quia semper diligit originem cæcitatatis. 2. Venientes venient: Aliquod latet venientium.

rabile fidei arcanum, dum exprimitur suppositum. Sunt qui non venientes veniant? Sanè, ut Numinis miracam gratiam. Sunt infantes Innocentes, quos sustulit Rex Herodes: etenim illa in ætate, Salvatoris exponentes testimonium; venerunt non venientes ad Martyrium.

3. Venientes venient, qui socij Francisci Paulani, calcato æquore. Cum Magistro venerunt in litora, ut venirent Siciliam ex Calabria. Non venient venientes: dicunt nauræ. Imò pervenient: igitur super aquas extendit pallium, atque venientes pervenerunt in portum.

4. Venientes venient, & cum exultatione, mirabili virtute & potestate Magistri. Exultatio ex felicissimo adventu; sed inter tot virtutes fugit cognitio: igitur cognoscentes ignorabant, per quam illarum venientes per vastum mare veniebant.

5. Venientes venient; Nauræ tractum velint, nolint: & super aquas, quantumvis illorum obset improbitas: siquidem Francisci miracè humilitate, superiorum corpora vel in mari sine ponderere.

6. Venientes venient: idest, tandem, tan-

dem venient. Ita recessit Gentilitas erroribus cæca, ut numquam in lucem veritatis iudicaretur ventura. Gratia cæcitatè prævaluit, oculos aperuit, lucem vidit, errores cognovit: & ut Solis cognoverunt in terra nativitate, statim Gentiles ab Oriente venerunt in eius adorationem.

7. Venientes venient, & cum exultatione. Gaudium necessarium in adventum? Ut sit correctio est necessaria exultatio; quia cognoscitur corrigentis animus, & læsi sanatur vulnus. Quis ergo ad illum non venit veniendo? Quisquis venerit, & non venerit cum gaudio: gremium cum hoc procedat ex correctionis modo; sine modo, qui veniunt, nequam veniunt, sed venientes fugiunt.

8. Venientes venient. Quid novum? Multoties venientes in adventu resiliunt. Subditi malè morati, dum ad Præsidem veniunt, non veniunt subditi: receduntque venientes, cupientes esse Superiorum Superiores. Veniunt à se lætati, cum exultatione. Vident Præsides studere integritati: & sine exultatione venientes fugiunt, præsentis absoni; quippequam non placet subditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

DIDASCALIA PRIMA.

Proprij amoris præsumptiones sunt cerebri vacuitates.

PRESENS dirigitur documentum in illorum cerebra vacua (qua inter alios vagantur nugivendula, phantastica, ridicula, ludicra) qui propter varias insulas conceptas cogitationes, dicuntur à Plauto Homines (sive figuræ) volatiles, vel volatici. Vide in Pænul. Act. 2. à v. 25. Hi in vana ducti, decuntur à vanis, stultissimè facti, dicentes se esse sapientes; quippe cum magis suo iudicio sapiant, magis desipiunt. Homine imperito numquam quicquam in- iustus

Homines phantasticos & volatiles.

Terent.

Ezech.

38. 10.

is, iuxta proprium iudicium; monstrant non habere cerebrum. Cogitare est mente ex collatione eligere que utiliora. Cogitare cogitationes, mentem occupare in facta. Hispanice: No es discurreir, que es bobear. Unde cogitatio in ineptijs dicitur Cogitare cogitationes; quoniam intendentes apparere cogitationibus docti, splendent magis moriones & papellardi. Nugæ sunt, ubi cogitatio in cogitatione sistit, quæ ex natura sua ad operationem tendit: & cum cogitur, ut obiectum menti perfectius intelligatur; rutilant cogitationes sine intellectu, quoniam cogitatio ad rem solammodo cogitatio. Multa ab his disponuntur, decernuntur, cogitantur; sed nihil fucci ex dispositis, cogitatis & decretis, nisi mentis ludibria, & studia omainò otiosa: quandoquidem nihil utile, sed cogitationes cogitare; quia solum in nugamentæ phantasticæ cogitationes. Nullum obicem inveniunt morologi;

Desipit, ubi sapere videtur.